

im vatikanischen Register ist nicht ganz fehlerfrei. Da jedoch dieses Schreiben ein zu diesem Zeitpunkt bereits mehr als hundert Jahre altes Formular verwendet, mit dem ganze Inquisitoren-Generationen ernannt wurden, lassen sich manche groben Fehler ohne Schwierigkeiten verbessern. Um einen ungefähren Eindruck vom Anteil des bloß Formelhaften in diesem Schreiben zu geben, ist zum Vergleich das Ernennungsschreiben für die 1318 Mai 1 von Johann XXII. für Böhmen und Mähren eingesetzten Inquisitoren Colda von Colditz und Hartmann von Pilsen herangezogen worden (ed. Patschovsky [wie oben S. 59] S. 191 ff. Nr. 109; vgl. auch ebd. S. 171 f. Anm. 264 eine Liste mit Beispielen weiterer Ausfertigungen des vorliegenden Papstschreibens vom Typ *Pre cunctis nostre mentis*). Die übereinstimmenden Textteile sind kursiv ausgezeichnet.

Venerabilibus^{a)} fratribus Iohanni Argentinensi et Iohanni Hildesemensi episcopis salutem etc. *Pre cunctis nostre mentis desiderabilibus tota mente optantes fidei catholice incrementa et eam a malignorum et pravorum hereticorum necnon fautorum et defensorum a c receptatorum ipsorum dolosis insidiis et fraudulentis fallaciis, quibus vineam domini Sabaoth nequiter demoliri satagunt, pro viribus conservare ad eorum iniqua destruenda molimina eo animosius^{b)} aspiramus, quo in animarum stragem huiusmodi pestilentes perniciosius^{c)} agnoscimus conspirare^{d)}. Sane quia in agro domini^{200a)}, ubi seminatum est triticum, inimicus homo superseminat sepe zizania, quod per fideles agricolas eradicandum est penitus dum est parvum, ne crescat in tritici detrimentum: — nos attendentes, quod, licet in partibus Alamannie sint locorum ordinarii deo devoti ac super commissos eis populos vigilantes, ad quos de iure spectat de insurgentibus heresibus et erroribus solerter inquirere eosque radicitus extirpare, quia tamen iidem prelati sepe sunt diversis solitudinibus — presertim in administracione temporalium — occupati, ad inquisitionem heresum et errorum huiusmodi prout expedit non intendunt et — sicut fide digna relacione percepimus — in dictis partibus pluribus annis preteritis non fuerunt inquisitores heretice pravitatis, nos precipuis desideriis cupientes, quod negocium fidei in eisdem partibus iugi profectu destructis quibuslibet erroribus heresumque quorumlibet^{e)} eradicatis vepribus forcius convalescat, digne studemus ad hoc personas ydoneas, zelo dei fervidas, quarum honesta conversacio exemplum tribuat puritatis et doctrinam fundant erudita labia salutarem, in eisdem partibus deputari, ut sacro^{f)} ipsorum ministerio ac vigili*

^{a)} Vermerke in V: De camera, (Nummer) DXVIII, (Taxe) XXII, (Korrektor?) A ^{b)} davor durch Unterstreichen getilgt libencius V ^{c)} peniciosius V
^{d)} aspirare V ^{e)} quarumlibet im Vergleichsstück ^{f)} sacrorum V

^{200a)} Vgl. Matth. 13, 24—30.